



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 3. Bona malis nocere, mala bonis prodesse, atq[ue] hoc pacto bona fieri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](#)

¶4. Cap. II. Non omnia mala esse,  
nitatem eius; & severitatem experiremus;  
quia equitatem didicimus; apud ipsum, diligi-  
mus lenitatem; metuimus severitatem. Vos  
(Gentes) contra, utramq; despiciatis: & sequi-  
tur; ut omnes seculi plaga nobis, si forte in ad-  
monitione, vobis in castigationem, a Deo ob-  
ueniant. At qui nos nullo modo ladimur: in-  
primis quia nihil nostra refert, in hoc aeo, nisi  
de eo; quam celeriter extedere. Dehinc, quia  
si quid aduersi infligitur, vestris meritis depu-  
tatur. Sed et si aliqua nos quoq; perstringunt,  
ut vobis coherentes; latamur magis, recogni-  
tione diuinarum prædicationum, confirmanti-  
um scilicet fiduciam & fidem spei nostra. Sunt  
enim quasi atrha; aut diuinæ amicitiae sym-  
bolum; quæcunque nos inuitant; immo;  
tanquam calcaria, incitant, ut ad melioris  
vitæ brauium alacrius decurramus.

§. III.

Bona malis nocere, mala bonis prodesse, atq;  
hoc pacto bona fieri.

Non igitur mala sunt, quæ mala vulgo  
censentur, nisi malis; quibus ipsa bona  
nocent; non tamen idcirco in malis nume-  
randæ. Vis videre, quo modo bona malis  
nocent? Aristotelem audi. Ut homo, in-  
quit, perfectionem natus, animantium est op-  
timus

Aristot.  
li. Polit.  
cap. 2.

ilimus; sic cum a lege iustitiaq; discessit, om-  
nium peccatum habetur: importunitissima est enim  
armata iniustitia. At homo prudentia & vir-  
tute (hdc est; soleitia in rebus agendis, &  
potestate; operandi) armatus est a natura,  
quibus maxime potest in res contrarias uti. Ita  
que impie nefarius; atq; immanissimus, absq;  
virtute, (vera & morali) fit, & in venerem,  
& gulam turpisimus. Quis ingenium acre,  
rem malam vocet, quia eo male vtitur Si-  
non, aut Ulysses? In se bona, semper ma-  
nent, nisi fine, & vsu contagium trahant:  
non tamen iacitco nomen mutant. Quare  
neque illa debent *malorum* nomine damna-  
ri, quæ fine & vsu sunt optima: neque ea  
bona nimium adorari, quæ, cum scopo &  
vsu soleant peccatos facere, tamen sunt in  
summa, apud mortales, æstimatione, &  
ferè sola bona nominari consueuerūt. Si ta-  
men, etiam in his ipsis bonis dignoscendis,  
non errant. Quemadmodū enim in specu-  
lis, que dextera sunt, sinistra; & que sinistra,  
dextera apparent; & nauigantibus rates sta-  
re, littora ambulare evidentur; ita ijs, qui per-  
tierit, sunt iudicio, meis vertigine titubat,  
& amantis Dei beneficia titulo *malorum*  
infamat. Quidquid à Deo est, bonum est,

quia

quia ipse bonus: si quid malum esse incipit, à nobis incipit bonis malè vtentibus. Paupertatem, inopiam matrimonium rixosum, morbos, mortem, mala vocas? Iniuriam facis: non enim sunt mala, quæ faciunt bonus, aut malis nos eripiunt. Repete veteres memorias, & inuenies plures, quos egestas ad moderationem, conuicia ad patientiam, inualetudo ad frugem reduxit. Intuummet sinum inspice, & cogita, quoties te angustiæ, curæ, dolores refrænârint in præcipitia iuentem? quoties ad DEVM adgerint trepidantem? An illa mala esse arbitraris, à quibus, à vitæ licentia, fuisti retractus, & ductus ad salutis fontem? Noli ergo, malorum nomine, res tibi tam bonas deuenustare. Quis agricola, sarculum, aratum, stiuam, mala vocat? Sunt tamen illa laboris instrumentum, & fatigant illum. At sine illis, vt non ferit, ita nec metit.

## §. IV.

*A mundo excæcatos secundùm faciem iudicare, non secundùm veritatem.*

Fortunæ mancipia nominum ludibrijs pascuntur, &, inter summa bona, nominant res nocituras. Qui mente carent, apud eos